

PROPRIUM
SANCTORUM.

Prima die non impedita dicitur
Officium Defunctorum. cxxxij.

DIE VII. MAIL.
In Festo Sancti Stanislai Episcopi
& Martyris.

Duplex.

Omnia de Communi unius Mar-
tyris, xvij. præter ea, quæ hic ha-
bentur propria.

Oratio.

Deus, pro ejus honore glo-
riosus Pontifex Stanislâus glâ-
ria impiõrum occubuit: presta qua-
sumus; ut omnes, qui ejus implõ-
rant auxilium, petitionis suæ salu-
tarem consequantur effectum. Per
Dñm.

In primo Nocturno Lectiones de
Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Stanislâus Polonus, apud Cra-
coviâ nobile genere natus, &
piis parentibus, qui antea per an-
nos triginta stériles, illum à Deo
precibus impetrarunt, ab ineunte
ætatè futuræ sanctitatis specimen de-
dit. Adolescens bonis artibus õpe-
ram navavit, multumque in sacra
Cânõnum & Theolõgia doctrina
proficet: parentibus mortuis, am-
plum patrimonium pauperibus dis-
tribuit, vitæ monasticæ desiderio.
Sed Dei providentiâ Canonicus Cra-
coviensis, & concionator factus à
Lamperto Episcopo, in ejus postea
locum, quamvis invitatus, sufficitur.
Quo in mûnere, õmniùm pastora-
lium virtutum laude, & præcipuè
misericordiâ in pauperes emittit.

Honestum fecit illum Dñmus,
& custodivit eum ab inimicis, &

à seductõribus tutavit illum. **E**t
dedit illi claritatem æternam. **D**es-
cenditque cum illo in foveam; & in
vinculis non dereliquit eum. **E**t de-
dit.

Lectio v.

ERat tum Poloniæ rex Boles-
lâus, quem graviter offendit,
quod illius notam libidinem publice
arguebat. Quare in solèmi regni
convèntu Stanislâum per calumniâ
in judicium coram se vocari curat,
tamquam pagum occuparet, quem
Ecclesiæ suæ nòmine coemerat. Quod
cum neque tabulis probare posset,
& testes veritatè dicere timèret,
spondet Episcopus, se Petrum pagi
venditorem, qui triennio antè obi-
erat, intra dies tres in judicium ad-
ducturum. Conditionè cum risu ac-
ceptâ, vir Dei toto triduo jejuniis
& orationi incumbit: ipso sponsio-
nis die post oblatum Missæ sacri-
ficium, Petrum è sepulchro surgere
jubet: qui statim redivivus, Epis-
copum ad regium tribunal euntem
sequitur, ibique rege & cæteris
stupore attonitis, de agro à se
vendito, & pretio ritè sibi ab Epis-
copo persoluto, testimonium dicit, at-
que iterum in Dño obdormivit.

Desiderium animæ ejus tribuisti
ei Dñme, **E**t voluntatè eum-
biõrum ejus non fraudasti mihi.
Quoniam prævenisti eum in be-
nedictionibus dulcedinis in be-
nedictionibus dulcedinis: posuisti
in capite ejus coronam de lapide
pretioso. **E**t voluntatè.

Lectio vi.

AT Boleslâum frustra sæpè ad-
mõnitum, Stanislâus tandem à
fideliùm communiõne rømovet. Ille

ira-

Hymnus.

TE splendor, & virtus Patris,
Te vita, Jesu cõrdium,
Ab ore qui pendent tuo,
Laudamus inter Angelos.
Tibi mille densa millium,
Ducum coronâ militat:
Sed explicat Victor Crucem
Michaël salutis signifer.
Dracõnis hic dirum caput
In ima pellit tartara,
Ducemque cum rebellibus
Cælesti ab arce fulminat.
Contra duces superbæ
Sequatur hunc nos Principem,
Ut detur ex Agni throno
Nobis coronâ gloriæ.
Patri, simulque Filio,
Tibique sancte Spiritus
Sicut fuit, sit jugiter
Sæclum per omne gloriâ. Amen.
Stetit Angelus juxta aram tem-
pli. **H**. Habens thuribulum aureum
in manu sua.

Ad Magnificat, Antiphona.

Dum sacrum mysterium cerneret
Joannes, Archangelus Michaël tur-
bâ cecinit: Ignosce Dñme Deus
noster, qui aperis librum, & solvis
signacula ejus, alleluia.

Oratio.

Deus, qui miro ordine Ange-
lõrum ministeria, hominũ-
que dispensas: concede propitius;
ut à quibus tibi ministrantibus in
cælo semper assistitur, ab his in
terra vita nostra muniatur. Per Dñ-
m.

Fit Commemor. præcedentis.

Ad Matutinum, Invitatorium.

Regem Archangelõrum Dñm, cum
exultemus. **H**. Venite, adoramus. **P**salm. Venite,
exultemus. **H**. Hymnus. Te splen-
dor, ut supra.

In primo Nocturno, Antiphona.
Concussus est mare, & contrèmit
terra, ubi Archangelus Michaël
descendebat de cælo.

Psal-

tracundia furens, milites in Eccle-
siam immittit, ut sanctum Episcõ-
pium confodiant, qui ter conati,
occultâ vi, tertio divinitus sunt de-
pulsus. Postrémò impius rex Sacer-
dõtem Dei, hõstiam immaculatam
ad altare offerentem, sua manu ob-
truncat: corpus membratim concisum,
& per agros projectum, aquilæ
à feris mirabiliter defcendunt. Mox
Canõnici Cracovienses sparsa mem-
bra, nocturni de cælo splendõris
indicio colligunt, & suis locis aptè
disonunt; quæ subito ita inter se
copulata sunt, ut nulla vulnerum
vestigia extarent. Multis præterea
miraculis servi sui sanctitatem Deus
declaravit post ejus mortem: qui-
bus permõtus Innocentius Quartus
Summus Pontifex, illum in Sanctõ-
rum numerum retulit.

Stolâ jucunditatis induit eum
Dñmus: **E**t coronam pulchri-
tudinis posuit super caput ejus.
Cibavit illum Dñmus pane vi-
tæ & intellectus: & aquâ sapientiæ
salutaris potavit illum. Et coronam.
Gloria Patri. Et coronam.

In tertio Nocturno Homilia Sancti
Gregorii Papæ in Evangelium:
Si quis venit ad me, de Communi
unius Martyris. xxij.

DIE VIII. MAIL.

In Apparitione Sancti Michaelis
Archangeli. Duplex.

Ad Vesperas, Antiphona. Stetit
Angelus, cum reliquis de Laudibus.
383. Psalmus. Dixit Dñmus,
cum reliquis de Dominica, 94. &
loco ultimi, Psalmus. Laudate Dñ-
m in omnes Gentes. 97.

Capitulum.

Significavit Deus quæ oportet
suum citò, loquens per Ange-
lum servo suo Joanni: qui
testimonium perhibuit Verbo Dei,
& testimonium Jesu Christi, quæ-
cũmque vidit.

Psalms 8.

Domine Dóminus noster, * quàm admirabile est nomen tuum in univérſa terra.

Quóniam eleváta est magnificéntia tua * super cœlos.

Ex ore infantium & lacténtium perfecisti laudem propter inimicos tuos, * ut destruas inimicum & ultórem.

Quóniam vidébo cœlos tuos, ópera digitorum tuórum: * lunam & stellas, quæ tu fundásti.

Quid est homo, quòd memor es ejus? * aut filius hóminis, quóniam visitas eum?

Minuisti eum paulò minùs ab Angelis, glóriá & honóre coronásti eum: * & constituisti eum super ópera mánuum tuárum.

Omnia subiecisti sub pèdibus ejus, * oves & boves univérſas: in super & pécora campi.

Vólucres cœli, & pisces maris, * qui perambulánt sémitas maris.

Dómine Dóminus noster, * quàm admirabile est nomen tuum in univérſa terra!

Antiphona. Concússum est mare, & contrémuit terra, ubi Archàngelus Michaél descendébat de cœlo.

Antiphona. Laudémus Dóminum, quem laudant Angeli, quem Chérubim & Séraphim, Sanctus, Sanctus, Sanctus, proclamant.

Psalms 10.

In Dómino confido: quómòdò dicitis animæ mee: * Tránsigra in montem sicut passer?

Quóniam ecce peccatóres intendérunt arcum, paravérunt sagittas suas in pháretta, * ut sagittent in obscuro rectos corde.

Quóniam quæ perfecisti, destruxérunt: * justus autem quid fecit?

Dóminus in templo sancto suo, * Dóminus in cœlo sedes ejus.

Oculi ejus in páuperem respiciunt: * pálpebræ ejus intérogant filios hóminum.

Dóminus intérogat justum & impium: * qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam.

Pluet super peccatóres láqueos: * ignis, & sulphur, & spíritus procellarum, pars calicis eórum.

Quóniam justus Dóminus, & justitiam diléxit: * aequitatem vidit vultus ejus.

Antiphona. Laudémus Dóminum, quem laudant Angeli, quem Chérubim & Séraphim, Sanctus, Sanctus, Sanctus, proclamant.

Antiphona. Ascéndit fumus arómatum in conspéctu Dómini de manu Angeli.

Psalms 14.

Domine quis habitábit in tabernáculotuo? * aut quis requiescet in monte sancto tuo?

Qui ingreditur sine mácula, * & operátur justitiam:

Qui loquitur veritatem in corde suo, * qui non egit dolum in lingua sua:

Nec fecit próximo suo malum, * & opprobrium non accépit adversus próximos suos.

Ad nihilum dedúctus est in conspéctu ejus malignus: * tíméntes autem Dóminum glorificat:

Qui jurat próximo suo, & non decipit, * qui pecúniam suam non dedit ad usúram, & mínera super innocéntem non accépit:

Qui facit hæc, * non movébitur in ætérnum.

Antiphona. Ascéndit fumus arómatum in conspéctu Dómini de manu Angeli. **V.** Stetit Angelus juxta aram templi. **R.** Habens thuribulum áureum in manu sua. Pater noster. **Absolutio.** Exáudi Dómine. **V.** Jube domne. **Benedictio.** Benedictióne perpétuá.

Ex

Ex Danièle Prophéta.

Lectio i. Cap. 7. c.

Aspiciébam donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit: vestiméntum ejus candidum quasi nix, & capilli cápitis ejus quasi lana munda: thronus ejus flammæ ignis, rotæ ejus ignis accénſus. Flúvius igneus rapidusque egrediebátur à facie ejus. Millia millium ministrábant ei, & decies millies centéna millia assistébant ei: iudicium sedit, & libri apérti sunt. Aspiciébam propter vocem sermónum grandium, quos cornu illud loquebátur: & vidi quóniam interfecta esset béstia, & perisset corpus ejus, & tráditum esset ad comburéndum igni.

R. Factum est siléntium in cœlo, dum committeret bellum draco cum Michaële Archàngelo: * Audita est vox millia millium dicéntium: Salus, honor, & virtus omnipoténti Deo. **V.** Millia millium ministrábant ei, & deciescenténa millia assistébant ei. Audita est vox. **Benedictio.** Unigenitum Dei Filium.

Lectio ij. Cap. 10.

Die autem vigésimá & quartá mensis primi, eram juxta flúvium magnum, qui est Tigris. Et levávi oculos meos, & vidi: & ecce vir unus vestitus lineis, & renes ejus accíncti auro obrizo: & corpus ejus quasi crysólithus, & facies ejus velut spécies fulguris, & oculi ejus ut lampas ardens: & bráchia ejus, & quæ deorsum sunt usque ad pedes, quasi spécies æris candéntis, & vox sermónum ejus ut vox multitudinis. Vidi autem ego Dániel solus visiónem: porró viri, qui erant mecum, non viderunt: sed terror nimíus irruit super eos, & fugérunt in absconditum. Ego autem relictus solus vidi visiónem grandem hanc: & non remansit in me fortitúdo, sed &

spécies mea immutáta est in me, & emarcui, nec hábui quidquam virium.

R. Stetit Angelus juxta aram templi, habens thuribulum áureum in manu sua: & data sunt ei incénsa multa: * Et ascéndit fumus arómatum de manu Angeli in conspéctu Dómini. **V.** In conspéctu Angelórum psallam tibi: adorábo ad templum sanctum tuum, & confitebor nómini tuo Dómine. Et ascéndit. **Benedictio.** Spiritus sancti grátia.

Lectio iij.

Et audivi vocem sermónum ejus: & audiens jacébam consternatus super faciem meam, & vultus meus hærébat terræ. Et ecce manus tetigit me, & eréxit me super génu meam, & super articulos mánuum meárum. Et dixit ad me: Dániel vir desideriórum, intéllige verba, quæ ego loquer ad te, & sta in gradu tuo: nunc enim sum missus ad te. Cúmque dixisset mihi sermónem istum, steti tremens. Et ait ad me: Noli metiere Dániel, quia ex die primo, quo posuisti cor tuum ad intélligéndum ut te affligeret in conspéctu Dei tui, exáudita sunt verba tua: & ego veni propter sermónes tuos. Princeps autem regni Persárum restitit mihi viginti & uno diébus: & ecce Michaél adjutorius meus, & ego remánsi ibi juxta regem Persárum. Veni autem ut docerem te, quæ ventúra sunt pópulo tuo in novissimis diébus, quóniam adhuc visio in diés.

R. In conspéctu Angelórum psallam tibi, & adorábo ad templum sanctum tuum. * Et confitebor nómini tuo Dómine. **V.** Super misericórdia tua, & veritate tua: quóniam magnificásti super nos nomen sanctum tuum. Et confitebor. Glória Patri. Et confitebor.

In

In secundo Nocturno, Añā.
Michaël Archāngele, veni in adiutorium pōpulo Dei.

Psalmus 18.
Celi enarrānt glōriam Dei, & ōpera mānuum ejus annuntiat firmamentum.

Dies diē eructat verbum, & nox nocti indicat sciētiam.
Non sunt loquēlæ, n̄sq̄e sermōnes, * quorum non audiātur voces eōrum.

In omnem terram exiit sonus eōrum: * & in fines orbis terræ verba eōrum.

In sole pōsuit tabernaculum suum: * & ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo:

Exultāvit ut gigas ad currēdam viam, * à summo cœlo egressio ejus: Et occursus ejus usque ad summum ejus: * nec est qui se abscondat à calore ejus.

Lex Dōmini immaculata, convērtens animas: * testimōnium Dōmini fideli, sapiētiam præstans parvulis.

Justitiæ Dōmini rectæ, lætificāntes corda: * præceptum Dōmini iudicium; illuminans oculos.

Timor Dōmini sanctus, p̄rmanens in sæculum sæculi: * iudicia Dōmini vera, justificata in semetipsa.

Desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multum: * & dulciora super mel & favum.

Etenim servus tuus custodiē ea, * in custodiēdis illis retributio multa. Delicta quis intēlligit? ab oculis meis munda me: * & ab aliēnis parce servo tuo.

Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero: * & emundabor à delicto máximo.

Et erunt ut complacent elōquia oris mei: * & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.

Dōmine adiutor meus, * & redemptor meus.

Añā. Michaël Archāngele, veni in adiutorium pōpulo Dei.

Añā. Michaël præpōsitus paradisi, quem honorificānt Angelōrum cives.

Psalmus 33.
Dōmini est terra, & plenitudo ejus: * orbis terrarum, & universi, qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundavit eum: * & super flumina præparavit eum.

Quis ascendet in montem Dōmini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus & mundo corde, * qui non accepit in vano animam suam, nec juravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem à Dōmino: * & misericordiam à Deo salutari suo.

Hæc est generatio querentium eum, * querentium faciem Dei Jacobi.

Attollite portas principes vestras, & elevāmini portæ æternales: * & introibit rex glōria.

Quis est iste rex glōriæ? * Dōminus fortis & potens: Dōminus potens in prælio.

Attollite portas principes vestras, & elevāmini portæ æternales: * & introibit rex glōria.

Quis est iste rex glōriæ? * Dōminus virtutum ipse est rex glōria.

Añā. Michaël præpōsitus paradisi, quem honorificānt Angelōrum cives.

Añā. Gloriosus apparuisti in conspectu Dōmini, propterea decorem induit te Dōminus.

Psalmus 33.

Benedicam Dōminum in omni tempore: * semper laus ejus in ore meo.

In Dōmino laudabitur anima mea: * audiant mansueti, & lætēntur.

Magnificāte Dōminum mecum: * & exaltēmus nomen ejus in idipsum.

Exquisivi Dōminum, & exaudivit me:

me: * & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.

Accedite ad eum, & illumināmini: * & facies vestræ non confundentur.

Iste pauper clamavit, & Dōminus exaudivit eum: * & de omnibus tribulationibus ejus salvavit eum.

Impietat Angelus Dōmini in circuitu timēntium eum: * & eripiet eos.

Gustate, & vidēte quoniam suavis est Dōminus: * beatus vir, qui sperat in eo.

Timete Dōminum omnes sancti ejus: * quoniam non est inopia timēntibus eum.

Divites egierunt & esurierunt: * inquirentes autem Dōminum non minuentur omni bono.

Venite filii, audite me: * timorem Dōmini docebo vos.

Quis est homo qui vult vitam: * diligit dies vidēre bonos?

Prōhibe linguam tuam à malo: * & labia tua ne loquantur dolum.

Diverte à malo, & fac bonum: * inquire pacem, & persēquere eam.

Oculi Dōmini super justos: * & aures ejus in preces eōrum.

Vultus autem Dōmini super facientes mala: * ut perdat de terra memoriā eōrum.

Clamaverunt justī, & Dōminus exaudivit eos: * & ex omnibus tribulationibus eōrum liberavit eos.

Juxta est Dōminus iis, qui tribulato sunt corde: * & hūmiles spiritu salvabit.

Multæ tribulationes justōrum: * & de omnibus his liberabit eos Dōminus.

Custodit Dōminus omnia ossa eōrum: * unum ex his non conteretur.

Mors peccatorum pessima: * & exaltetur justum, delinquent.

Rēdimet Dōminus animas servōrum suōrum: * & non delinquent omnes qui sperant in eo.

Añā. Gloriosus apparuisti in conspectu Dōmini, propterea decorem induit te Dōminus. * Ascendit fumus aromatum in conspectu Dōmini. * De manu Angeli. Pater noster. **Absolutio.** Ipsius pietas. * Jube domne. **Benedictio.** Deus Pater omnipotens.

Lectio iv.

BEatum Michaëlem Archāngelum sapientum hominibus apparuisse, & sacrōrum librōrum auctoritatē, & veteri sanctōrum traditione comprobatur. Quāobrem multis in locis facti memoriā celebratur. Eum ut olim synagoga Judæorum, sic nunc custodem & patrōnum, Dei veneratur Ecclesia. Gelasio autem Primo Pontifice Maximo, in Apulia in vertice Gargani montis, ad cuius radices incolunt Sipontini, Archāngeli Michaëlis fuit illustris apparitio.

R. Hic est Michaël Archāngelus, princeps militiæ Angelōrum, * Cujus honor præstat beneficia populōrum, & oratio perducit ad regna cœlōrum. * Archāngelus Michaël præpōsitus paradisi, quem honorificānt Angelōrum cives. Cujus honor.

Benedictio. Christus perpetuus.

Lectio v.

FActum est enim, ut ex grēgibus armentōrum Gargani cujusdam taurus longē discederet: quem diu conquisivit, in aditu speluncæ hærentem invenēnt. Cū verō quidam ex illis, ut taurum configeret, sagittam emisisset, retorta sagitta in ipsum recidit sagittarium. Quæ res cū præsentēs, ac deinceps ceteros tanto timore affectisset, ut ad eam speluncam propius accedere nemo auderet, Sipontini Episcopus cōsulunt, qui, indicto trium dierum jejuniō & oratione, rem à Deo respōndit queri oportere.

R. Venit Michaël Archāngelus cum mul-

multitudine Angelorum, cui tradidit Deus animas sanctorum: * Ut perdicat eas in paradysum exultationis. * Emitte Domine Spiritum sanctum tuum de caelis, spiritum sapientiae & intellectus. Ut. **Benedictio.** Ignem sui amoris.

Lectio vi.

Post triduum Michael Archangelus Episcopus monet, in sua tutela esse eum locum, eoque indicio demonstrasse, velle ibi cultum Deo in sui & Angelorum memoriam adhiberi. Quare Episcopus una cum civibus ad eam speluncam ire pergit. Quam cum in templi cuiusdam similitudinem conformatam viderent, locum illum divinis officiis celebrare coeperunt: qui multis postea miraculis illustratus est. Nec ita multo post Bonifacius Papa Romae in summo Circo Sancti Michaelis Ecclesiam dedicavit tertio Kalendas Octobris: quo die etiam omnium Angelorum memoriam Ecclesia celebrat. Hodiernus autem dies Archangelii Michaelis Apparitione consecratus est.

R. In tempore illo consturget Michael, qui stat pro filiis vestris: * Et veniet tempus, quale non fuit, ex quo gentes esse coeperunt, usque ad illud. **V.** In tempore illo salvabitur populus tuus omnis, qui inventus fuerit scriptus in libro vitae. Et veniet. Gloria Patri. Et.

In tertio Nocturno. **Antiphona.** Angelus Archangelus Michael, Denuntius pro animabus justis, alleluia, alleluia. **Psalm.** Cantate Domino canticum novum, cum reliquis ut in Festo Dedicationis S. Michaelis. **xxix. Septembris. Antiphona.** Data sunt ei incensa multa, ut adoleret ea ante altare aureum, quod est ante oculos Domini. **Psalmus.** Dominus regnavit, exultet. **Añã.** Multa magnalia de Michael

Archangelo, qui fortis in praelio fecit victoriam. **Psalm.** Benedic anima mea Domino. **V.** In conspectu Angelorum psallam tibi Deus meus.

R. Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo. **Pater noster. Absolutio.** A vinculis. **V.** Jube domne. **Benedictio.** Evangelica lectio.

Lectio sancti Evangelii secundum Mattheum.

Lectio vij. Cap. 18.

In illo tempore: Accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes: Quis putas, major est in regno caelorum? Et reliqua.

Homilia S. Hilarii Episcopi.

Comment. in Matth. can. 18.

Non nisi reversos in naturam caelorum Dominus docet: id est, per simplicitatem puerilem vitia corporum nostrorum animaeque revocanda. Pueros autem, credentes omnes per audientiae fidem nuncupavit. Hi enim patrem sequuntur, matrem amant, proximo velle malum nesciunt, curam opum negligunt: non insolent, non odierunt, non mentiuntur, dictis credunt, & quod audiunt, verum habent. Revertendum igitur est ad simplicitatem infantium: quia in ea collocati, speciem humilitatis Dominice circumferemus.

R. In conspectu gentium nolite timere: vos enim in cordibus vestris adoratis & timete Dominum: * Angelus enim ejus vobiscum est. **V.** Stetit Angelus juxta aram templi, habens thuribulum aureum in manu sua. Angelus enim. **Benedictio.** Quorum festum colimus.

Lectio viij.

V. huic mundo ab scandalis. Humilitas passionis scandalum mundo est. In hoc enim maxime ignorantia detinetur humana, quod

sub

sub deformitate crucis, aeternae gloriae Dominum noluit accipere. Et quid mundo tam periculosum, quam non recepisse Christum? Ideo vero necesse esse ait venire scandala: quia ad sacramentum reddenda nobis aeternitatis, omnis in eo passionis humilitas esset explenda.

R. Michael Archangelus venit in adiutorium populo Dei. * Stetit in auxilium pro animabus justis. **V.** Stetit Angelus juxta aram templi, habens thuribulum aureum in manu sua. Stetit. Gloria Patri. Stetit. **Benedictio.** Ad societatem.

Lectio ix.

Videte ne contemnatis unum de pusillis istis, qui credunt in me. Aptissimum vinculum mutui amoris imposuit, ad eos praecipue, qui verè in Domino credidissent. Pusillorum enim Angeli quotidie Deum vident: quia Filius hominis venit salvare quae perditae sunt. Ergo & Filius hominis salvat, & Deum Angeli vident, & Angeli pusillorum praesunt fidelium orationibus. Praesse Angelos absoluta auctoritas est. Salvatorum igitur per Christum orationes Angelique quotidie Deo offerunt. Ergo periculosè ille contemnitur, cujus desideria ac postulationes ad aeternum & invisibilem Deum ambitioso Angelorum famulatu ac ministerio perveniunt.

Te Deum laudamus. 12.

AD LAUDES,

& per Horas, **Antiphona.**

Stetit Angelus juxta aram templi, habens thuribulum aureum in manu sua. **Psalmus.** Dominus regnavit, cum reliquis. **13. Añã.** Dum praeliaretur Michael Archangelus cum dracone, audita est vox dicentis: Salus Deo nostro, alleluia. **Antiphona.** Archangele Michael, constitui te principem super omnes animas suscipiendas. **Añã.** Angeli

Domini Dominum benedicite in aeternum. **Antiphona.** Angeli, Archangeli, Throni, & Dominationes, Principatus, & Potestates, Virtutes caelorum, laudate Dominum de caelis, alleluia.

Capitulum.

Apoc. 1.

Significavit Deus quae oportet fieri cito, loquens per Angelum suum servo suo Joanni, qui testimonium perhibuit Verbo Dei, & testimonium Jesu Christi, quaecumque vidit.

Hymnus.

Christe, sanctorum decus Angelorum, Gentis humanae Sator & Redemptor, Coelium nobis tribuas beatas Scandere sedes.

Angelus pacis Michael in aedem Coelitus nostras veniat, serenae Auctor ut pacis lacrymosa in arcum Bella releget.

Angelus fortis Gabriel, ut hostes Pellat antiquos, & amica caelo, Quae triumphator statuit per orbem Templa revisat.

Angelus nostrae medius salutis Adsit e caelo Raphael, ut omnes Sanet agratos, dubiosque vitae Dirigat actus.

Virgo dux pacis Genitrixque lucis, Et sacer nobis Chorus Angelorum Semper assistat, simul & micantis Regia caeli.

Præstat hoc nobis Deditas beata Patris, ac Nati, pariterque sancti Spiritus, cujus resonat per omnem Gloria mundum. Amen.

V. Stetit Angelus juxta aram templi. **R.** Habens thuribulum aureum in manu sua.

Ad Benedictus, Antiphona.

Factum est silentium in caelo, dum draco committeret bellum: & Michael pugnavit cum eo, & fecit victoriam, alleluia.

Oratio.

Oratio.

DEus, qui miro ordine Angelorum ministeria, hominumque dispensas: concede propitius; ut à quibus tibi ministrantibus in celo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniatur. Per Dóminum nostrum.

Ad Tertiam, Antiphona. Dum prælaretur. **Capitulum.** Significavit Deus, ut supra. 383.

R. bre. Stetit Angelus. * Juxta aram templi. Stetit. **V.** Habens thuribulum aureum in manu sua. Juxta. Glória Patri. Stetit. **V.** Ascendit fumus aromatum in conspectu Dómini. **R.** De manu Angeli.

Ad Sextam, Antiphona. Archangele Michaël.

Capitulum.

Apo. 5. c

Audivi vocem Angelorum multorum in circuitu throni, & animalium, & seniorum: & erat numerus eorum millia millium, voce magna dicentium: Salus Deo nostro.

R. br. Ascendit fumus aromatum. * In conspectu Dómini. Ascendit.

V. De manu Angeli. In conspectu. Glória Patri. Ascendit. **V.** In conspectu Angelorum psallam tibi Deus meus. **R.** Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nómini tuo.

Ad Nonam, Antiphona. Angeli, Archangeli.

Capitulum.

Apo. 12. b

Actum est prælum magnum in celo: Michaël & Angeli ejus prælabantur cum dracone, & dracone pugnat, & angeli ejus: & non prevaluerunt, neque locus inventus est eorum amplius in celo.

R. bre. In conspectu Angelorum. * Psallam tibi Deus meus. In conspectu. **V.** Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nómini tuo. Psallam tibi. Glória Patri. In conspectu. **V.** Adorate Deum. **R.** Omnes Angeli ejus.

In secundis Vesperis, Antiphona. Stetit Angelus, cum reliquis de Laudibus. 383. **Psalm.** Dixit Dóminus, cum reliquis de Dominica. 94. & loco ultimi, Psalm. Confitebor tibi Dómine. 107. **Capitulum.** Significavit. Hymnus. Te splendor, ut supra in primis Vesperis. 377. **V.** In conspectu Angelorum psallam tibi Deus meus. **R.** Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nómini tuo.

Ad Magnificat, Antiphona. Princeps gloriosissime, Michaël Archangele, esto memor nostri: hic, & ubique semper precare pro nobis Filium Dei, alleluia, alleluia.

Oratio. Deus, qui miro ordine Angelorum, ut supra.

Deinde fit Commemoratio sequentis Festi.

DIE IX. MAII.

In Festo S. Gregorii Nazianzeni Episcopi & Confessoris. Duplex.

Omnia de Comuni Confessoris Pontificis, xli. præter sequentia.

Ad Magnificat in utrisque Vesperis, Antiphona. O Doctor optime, Ecclesiæ sanctæ lumen, beate Gregóri, divinæ legis amátor, deprecare pro nobis Filium Dei. **V.** Amavit eum Dóminus, & ornavit eum. **R.** Stulam glóriæ induit eum.

Oratio.

DEus, qui populo tuo æternæ salutis beatum Gregorium ministrum tribuisti: præsta quaesumus; ut quem doctorem vigne habuimus in terris, interessorem habere mereamur in cælis. Per Dóminum.

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente.

In li. Nocturno. Lectio iv.

Gregorius, nobilis Cappadox, ex singulari divinarum litterarum scientia Theologi cognomen consecutus, Nazianzi in Cap-

Cappadócia natus, Athénis in omni disciplinarum genere uná cum Sancto Basilio eruditus, ad studia sacrarum litterarum se convertit, in quibus se in Cœnobio per aliquot annos exercuerunt, illarum sententiam non ex proprio ingenio, sed ex majorum ratione & auctoritate interpretantes. Qui cum doctrinâ & vite sanctitate florérent, vocati ad munus prædicandæ Evagéliçæ veritatis, plurimos Jesu Christo filios pepererunt.

R. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocébit ei. Manus enim.

Lectio v.

Gregorius igitur aliquando domum reversus, primùm Sasimorum Episcopus creatus est, dein de Nazianzénam Ecclesiám administravit. Tum Constantiopolim ad eam regendam Ecclesiám accersitus, cum civitatem hæresum purgátam erroribus ad Cathólicam fidem reduxisset, quod ei summum ómnium amorem conciliare debébat, multorum paravit invidiam. Itaque cum inter Episcopos magna propterea esset facta seditio, sponte cedens Episcopátu, illud Prophéta dictum usurpavit: Si propter me commóta est ista tempestas, dejicite me in mare, ut vos jactari desinatís. Quare Nazianzum reversus, cum illi Ecclesiæ Eulálium præficiendum curasset, totum se ad contemplativam & scriptivam divinam rerum contulit.

R. Posui adiutorium super potentem, & exaltavi electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. Manus enim.

Pars Æstiva.

Lectio vj.

Scripsit autem multa & solúta oratione, & versibus, mirábilí pietate & eloquentia; quibus doctorum hominum, sanctorumque judicio id assecutus est, ut nihil in illis, nisi ex vera pietatis & Cathólicæ religionis régula reperitur: nemo quidquam jure vocare possit in dubium. Consubstantialitatis Filii fuit acerrimus propugnator. Ut autem vitæ laude nemo ei præpositus est; sic & orationis gravitate omnes facíle superávit. In iis scribendi ac legendi studiis ruri vitam Mónachi exerceans, Imperátore Theodosio, ad cœlestem vitam sénio confectus migrávit.

R. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctrinâ ejus repleta est: * Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cœlestia regna. Ipse intercedat, Glória Patri. Ipse.

In tertio Nocturno Homilia Sancti Augustini Episcopi in Evangelium. Vos estis sal terræ, de Comuni Doctorum. liv.

In secundis Vesperis fit Commemoratio sequentis.

DIE X. MAII.

In Festo Sancti Antonii Episcopi & Confessoris. Semiduplex.

Omnia de Comuni Confessoris Pontificis, xli. præter ea, quæ hi sequuntur.

Oratio.

Sancti Antonii, Dómine, Confessoris tui, atque Pontificis méritis adjuvémur: ut sicut te in illo mirabilem prædicámus, ita in nos misericordem fuisse gloriémur. Per Dóminum nostrum.

In Hymno Iste Confessor, dicatur. Hac die lætus méruit supremos Laudis honores.

Bb

In

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente.

In ij. Nocturno. Lectio iv.

Antoninus Florētia honoris parentibus natus, ab ipsa jam pueritia egrēgiū futurę sanctitatis spēcimen exhibuit. Annum agens sexum dēcimum, Religiónem Prædicatōrum amplexus, cœpit exinde maximis clarere virtutibus. Orio perpētuum bellum indixit: post nocturnum breuem somnum primus matutinis præcibus aderat; quibus persolutis, reliquum tempus noctis orationibus, aut certę lectiōni, & scriptiōni librōrum tribuebat; & si quando importunior fessis membris somnus obrēperet, ad parietem pūlulum declinatō capite, ac tantisper discusso somno, mox sacras vigilias avidiūs repetēbat.

Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: Manus enim mea auxiliābitur ei. **N**ihil profecit inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocēbit ei. Manus.

Lectio v.

Disciplinæ regularis sui ipsius severissimus exactor, a carnes, nisi in gravi ægritudine, nunquam edit. Hūmi, aut in nudo tabulā cubābat, cilicio semper usus, & interdum zonā ferreā ad vivam cutem incinctus, virginitatem integerrimē semper coluit. In explicandis consiliis tante dexteritatis fuit, ut communi elogio Antoninus consiliōrum diceretur. Adēo autem in eo humilitas enituit, ut etiā Cœnōbiis, ac Provincialis præfectus abjectissima Monastērii officia demissimē obiret. Ab Eugēnio Quarto Florentinus Archiepiscopus renuntiatus, ægrimmē tandem, nec nisi Apostolicis minis perterrefactus, ut Episcopātum acciperet, acquiēvit.

Pōsul adjuvatorum super potēntem, & exaltāvi electum de plebe

mea: Manus enim mea auxiliābitur ei. **I**nveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. Manus.

Lectio vi.

In eo mūnere vix dici potest, quantum prudētia, pietate, charitate, mansuetudine, & sacerdotali zelo excellēter. Illud mirandum, tantum ingenio valuisse, ut omnes ferre scientias per se nullo adhibito præceptore absolutissimē didicerit. Tandem post multos labōres, multis etiā editis insignis doctrinæ libris, sacrā Eucharistiā, & Unctiōnem perceptā, complexus Crucifixi imaginem, mortem lætus aspēxit sexto Nonas Maii anno millēsimō quadringētesimo quinquagésimo nono. Mirāculus vivens, & post mortem conspicuus, Sanctorum numero adscriptus est ab Adriāno Sexto anno Dōmini millēsimō quingētesimo vigésimo tērtio.

Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terræ doctrinā ejus replēta est: **I**pse intercedat pro peccatis omnium populōrum. **I**ste est qui contempsit vitam mundi, & pervēnit ad cœlestia regna. Ipse intercedat. Gloria Patri. Ipse.

In tertio Nocturno, Homilia Sancti Gregorii Pape in Evangelium Homo peregrē proficiscens. de Comuni Confessoris Pontificis. xlvij.

DIE XII. MAII.

In Festo SS. Nerei, Achillei, & Domitille Virgins, atque Pancratii Martyrum. Semiduplex.

Omnia de Comm. plurimorum Martyrum. xxx. exceptis his que hic sunt propria.

Oratio.

Semper nos, Dōmine, Martyrum tuorum Nerei, Achillei, Domitillæ, atque Pancratii foveat, quos sumus, beatā solēmitas: & tuo digno reddat obsequio. Per Dōminum nostrum.

In

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Nereus, & Achilles fratres, eunūchi Flāvii Domitillæ, a beato Petro unā cum ipsa, ejusque matre Plautilla baptizati, cum Domitillæ persuasissent, ut virginitatem suam Deo consecraret, ab ejus sponso Aureliano tamquam Christiani accusati, ob præclaram fidei confessionem in Pontiam insulam relegantur: ubi ad quæstionem iterum vocati, & verbēribus casi, mox Tarracina perducti, a Minucio Rufo equuleo & flammis cruciati, cum constanter negarent, se a Sancto Petro Apóstolo baptizatos, ullis tormentis cogi posse, ut idōlis immolarent, securi percūssi sunt: eorum corpōra ab Auspicio eorum discipulo, & Domitillæ educatore Romam delata, viā Ardeatinā sepulta sunt.

Sancti tui Dōmine mirabile consecuti sunt iter, serviētes præceptis tuis, ut invenirentur illasi in aquis validis: **T**erra apparuit arida, & in Mari rubro via sine impedimento. **Q**uoniam percūssi petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundaverunt. Terra.

Lectio v.

Flavia Domitilla, virgo Romana, Titi & Domitiani Imperatorum neptis, cum sacrum virginitatis velamen a beato Clemente Papa accepisset, ab Aureliano sponso, Titi Aurelii Cōsulis filio, delata quod Christiana esset, a Domitiano Imperatore in insulam Pontiam est deportata, ubi in carcere longum martyrium duxit. Demum Tarracina delecta, iterum Christum confessa, cum semper constanter appareret, sub Traiano Imperatore, iudicis jussu incenso ejus cubiculo, unā

cum Theodora & Euphrōsina virginibus & collectaneis suis, gloriosi martyrii cursum confecti, Nonis Maii: quarum corpōra integra inventa, a Casario Diacono sepulta sunt. Hac verō die duorum fratrum sancti Domitillæ corpōra ex Diaconia Sancti Adriani simul translata, in ipsorum Martyrum Basilicam tituli Fasciolæ restituta sunt.

Verbera carnificum non timuerunt Sancti Dei, moriētes pro Christi nōmine: **U**t hæredes fierent in domo Dōmini. **T**radiderunt corpōra sua propter Deum ad supplicia. Ut hæredes.

Lectio vj.

Paneratus, in Phrygia nobili genere natus, puer quatuordecim annorum Roman venit Diocletiano & Maximiano Imperatoribus: ubi a Pontifice Romano baptizatus, & in fide Christiana eruditus, ob eandem paulo post comprehensus, cum diis sacrificare constanter renuissit, virili fortitudine datis cervicibus, illōstrem martyrii coronam consecutus est: cujus corpus Octavilla matrōna noctu sustulit, & unguentis delibatum viā Aureliā sepelivit.

Tamquam aurum in fornacē probavit electos Dōminus, & quasi holocausti hostiam accepit illos: & in tempore erit respectus illorum: **Q**uoniam donum & pax est electis Dei. **Q**ui confidunt in illum, intelligunt veritatem: & fideles in dilectione acquiescent illi. Quoniam donum. Gloria Patri. Quoniam donum.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio vij.

In illo tempore: Erat quidam regulus, cujus filius inquirabatur in Capharnaum. Et reliqua.

Bb 2

Ho

Homilia Sancti Gregorii Papae.
Ex Homilia 28. habita in Basilica ho-
rum SS. Martyrum in die na-
talis eorum.

Quid est quod régulus Dómi-
num rogat, ut ad ejus filium
veniat, & tamen ire corporá-
liter recusat: ad servum verò Cen-
turionis non invitatur, & ta-
men se corporáliter ire pollicéitur?
Réguli filio per corporálem présen-
tiam non dignatur adesse, Centu-
rionis servo non déignatur occur-
rere. Quid est hoc, nisi quod su-
pérbia nostra retúnditur, qui in ho-
minibus non naturam, quã ad imã-
ginem Dei facti sunt, sed honores
& divitias venerámur? Redemptor
vero noster ut osténderet, quia quæ
alta sunt hóminum, despicienda
sunt; & quæ despécta sunt hómi-
num, despicienda non sunt: ad fi-
lium réguli ire nóluit, ad servum
Centurionis ire parátus fuit.

R Propter testaméntum Dómini,
& leges patrénas sancti Dei persité-
runt in amore fraternitátis: * Quia
unus fuit semper spiritus in eis,
& una fides. ¶ Ecce quam bonum
& quam jucúndum habitáre
fratres in unum. Quia unus.

Lectio vij.

Inrepáta est ergo supérbia nos-
tra, quæ nescit pensare hómines
propter hómines. Sola, ut diximus,
quæ circumstant hominibus pensat,
naturam non aspícit, honorem Dei
in hominibus non agnóscit. Ecce ire
non vult Filius Dei ad filium réguli,
& tamen venire parátus est ad salú-
tem servi. Certè si nos cúspium
servus rogáret, ut ad eum ire debé-
remus, protinus nobis nostra supérbia
in cogitátione tácita responderet,
dicens: Non eas, quia temetipsum
degeneras, honor tuus despíctur,
locus viléscit. Ecce de cælo venit, qui
servo in terra occurrere non despi-

cit: & tamen humiliári in terra
contémnimus, qui de terra sumus.

R, Sancti mei qui in carne pòsiti
certámen habuistis: * Mercédem
labóris ego reddam vobis. ¶ Ven-
nite benedicti Patris mei, percípere
regnum. Mercédem. Glória Patri.
Mercédem.

Lectio ix.

N Olite ergo intra vosmetipsos
pensare quod habétis, sed quid
estis. Ecce mundus qui diligit, fugit.
Sancti isti, ad quorum tumbam
consistimus, floréntem mundum
mentis despéctu calcavérunt. Erat tunc
vita longa, salus continua, opulén-
tia in rebus, fecúnditas in propá-
gine, tranquillitas in diuturna pace:
& tamen, cum in seipso floréret, jam
in eórum córdibus mundus aruerat.
Ecce jam mundus in seipso aruit, &
adhuc in córdibus nostris floret. Ubi-
que mors, ubique luctus, ubique de-
solatio, undique percútimur, undi-
que amaritudinibus replémur: & ta-
men cæcã mente carnális concupis-
céntiã ipsas ejus amaritudines amã-
mus, fugiéntem séquimur, labénti
inherémus.

Te Deum laudámus. 12.

DIE XIV. MAII.

Sancti Bonifacii Martyris.

Oratio.

DA, quæsumus omnipotens Deus:
ut qui beati Bonifacii Márti-
ris tui solémnia cólimus, ejus apud
te intercessiónibus adjuvémur. Per
Dóminum nostrum.

Lectio ii

B Onifacius, civis Románus, quòd
cum Aglàë nobili matróna im-
pudicè versátus esset, tanto illius in-
temperantiæ dolóre captus est, ut
penitentiã causa se ad conquirénda
& sepeliénda Mártiurum córpora
contulerit. Itaque relictis peregrina-
tiónis sóciis, cum Tarsi multos
propter Christiãne fidei professi-
onem

nem váriis tormentis cruciátos vi-
disset; illórum vincula osculátus,
eos veheménter hortabátur, ut con-
stánter supplicia perferrent, quòd
breve labórem sempitérna réquies
consecutúra sit. Compréhensus igitur,
ferreis ungulis excarnificátus est:
cui étiam inter mánuum ungues
& carnem acúti cãlami sunt infixi,
plumbúmque liquefactum in os ejus
infusum. Quibus in cruciátibus ea
vox tantum Bonifacii audiebátur:
Grátias tibi ago Dómine Jesu Chris-
te, Fili Dei.

Lectio iij.

M Ox in ollam fervéntis picis
demisso cápíte conjéctus est:
undè cum involátus exisset, irã in-
censum judex eum securi percúti ju-
bet. Quo tempore magnus terrã-
mótus factus est, ita ut multi infi-
dèles ad Christi Dómini fidem con-
verteréntur. Eum sequénti die quæ-
rentes sócii, cum martyrio affectum
cognovissent, quingéntis sólidis ejus
corpus redemérunt, & conditum un-
guentis, linteisque involótum, Romã
portándum curárent. Quod
factum cum ab Angelo Aglàë ma-
tróna, quæ & ipsa penitens se piis
operibus addixerat, cognovisset,
prédiens óbviam sancto córpori,
Ecclésiã ejus nómine edificávit:
in qua corpus sepúltum est, Nonis
Júni, cum ejus anima pridè Idus
Maii apud Tarsum Ciliciã urbem
migrasset in cælum. Dioeletiano &
Maximiano Imperatóribus.
Te Deum laudámus. 12.

DIE XVI. MAII.

In Festo Sancti Ubaldi Episcopi &
Confessoris. Semiduplex.
Omnia de Communis Confessoris
Pontificis, xli. præter sequentia.
Oratio.

A uxilium tuum nobis, Dómine
quæsumus, placátus impénde:

& intercessióne beati Ubaldi Con-
fessoris tui atque Pontificis contra
omnes diabóli nequitias dexteram
super nos tua propitiatiónis extén-
de. Per Dóminum nostrum.

In primo Nocturno, Lectiones de
Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

U Baldus Eugúbii in Umbria nó-
bili genere natus, à primis an-
nis pietate, & litteris egregiè est
institútus: jamque adolescens, ut
uxórem diceret, sæpè tentátus, num-
quam tamen à propósito servandæ
virginitatis recessit. Sacródos effi-
cétus, patrímónium suum pauperi-
bus, & Ecclésiis distribuit, & Cano-
nicorum Regulárium Ordinis Sancti
Augustini Institutum suscipiens, il-
lud in pátriam transtulit, atque in
eo aliquandiu sanctissime vixit. Cu-
jus sanctitátis opinióne evulgatã,
ab Honorio Secundo Summo Ponti-
fice Ecclésiæ Eugubinæ invitatus præ-
ficitur, & Episcopalis consecratio-
nis múnere decorátur.

R, Inveni David servum meum,
oleo sancto meo unxi eum: * Ma-
nus enim mea auxiliábitur ei. ¶ Ni-
hil proficiet inimicus in eo, & filius
iniquitátis non nocébit ei. Manus
enim.

Lectio v.

A D suam itaque revertens Ecclé-
siam, cum de consueta vivén-
di ratióne nihil admodum immutã-
set, in omni tamen virtutum genere
eò magis emínere cœpit, quò effica-
cius aliorum étiam saltem verbo &
exémpló procuráret, factus forma
gregis ex animo. Nam victu parco,
vestitu moderató, lectulo áspero &
paupérrimo, Crucis mortificationem
júger in suo córporè circumferé-
bat, dum inexplébilis oratiónis studio
spíritum quotidie recreáret. Hinc

admirabilem illam mansuetudinem est adeptus, quā gravissimas injurias, & contumelias non modo aequanimiter tulit, verum etiam mirifico dilectionis affectu persecutoris suos omni benignitatis testimonio complectebatur.

R. Posui adiutorium super potentem, & exaltavi electum de plebe mea: Manus enim meo auxiliabitur ei. **V.** Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. Manus enim.

Lectio vj.

Blenio antequam ex hac vita migraret, cum diutius afflicta esset infirmitatibus, inter acerbissimos corporis cruciatus, velut aurum in fornace purgatum, Deo gratias indesinenter agebat. Adveniente autem sacro Pentecostes die, cum multis annis Ecclesiam sibi commissam summa cum laude gubernasset, sacretis operibus, ac miraculis clarus quievit in pace: quem Coelestinus Papa Tertius in Sanctorum numerum retulit. Ejus virtus precipue in effugandis spiritibus immundis elucebat, corpus vero per tot secula incorruptum magna fidelium veneratione in patria colitur, quam non semel à praesenti discrimine liberavit.

R. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctrinā ejus replēta est: Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad caelestia regna. Ipse intercedat. Gloria Patri. Ipse intercedat.

In tertio Nocturno Homilia Sancti Gregorii Papae in Evangelium Homo peregrinū proficiens de Communi Confessoris Pontificis primo loco.

xiv.

Vesperae sequentis cum Commemoratione praecedentis. Antiphona. Amavit. **V.** Justum.

DIE XVIII. MAII.
In Festo Sancti Venantii Martyris.
Duplex.

Omnia de Communi unius Martyris, xvij. praeter ea quae hic habentur propria.

Ad Vesperas, Hymnus.

Martyr Dei Venantius,
Lux & decus Camertium,
Tortore victo & iudice
Laetus triumphum concinit.
Annis puer, post vincula,
Post carceres, post verbera,
Longā fame fremētibus
Cibus datur leonibus.

Sed ejus innocentiae
Pareit leonum immanitas,
Pedesque lambunt Martyris
Irae famisque immemores.

Verso deorsum vertice
Haurire fumum cogitur:
Costas utrimque & viscera,
Succensa lampas ustulat.
Sit laus Patri, sit Filio,
Tibique sancte Spiritus:
Da per preces Venantii
Beata nobis gaudia.
Amen.

Oratio.

Deus, qui hunc diem beati Venantii Martyris tui triumpho consecrasti: exaudi preces populi tui, & praesta: ut qui ejus merita veneramur, fidei constantiam imitemur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit.

Ad Matutinum, Hymnus.

Athleta Christi nobilis
Idola damnat Gentium,
Deique amore saucius
Vita pericula despicit.
Loris revinctus asperis
E rupe praecipit volvitur:
Spineta vultum lancinant,

Per

Lectio v.

Per saxa corpus scinditur.
Dum membra raptant Martyris,
Languent siti satelles:
Signo Crucis Venantius
E rupe fontes elicit.
Bellator o fortissime,
Qui perdidis tortoribus
E caute praebes poculum,
Nos rore gratiae irriga.
Sit laus Patri, sit Filio,
Tibique sancte Spiritus:
Da per preces Venantii
Beata nobis gaudia.
Amen.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Venantius Camers, quindecim annos natus, cum Christianae religionis accusaretur apud Antiochum, qui sub Decio Imperatore Camerino praerat, in porta civitatis Praesidi se obtulit, quem ille sollicitationibus ac terroribus diu tentatum, flagris caedi, & vinculis astringi jussit; sed iis mirabiliter ab Angelo solutus, lampadibus postea aduritur, atque inverso ore fumo supposito suspenditur. Ejus constantiam in tormentis demiratus Anastasius Cornicularius, & quod cum ab Angelo iterum solutum candida veste supra funem ambulatē vidisset, in Christum credidit, & à beato Porphyrio Presbytero cum familia baptizatus, paulo post martyrii palmam cum eodem promeruit.

R. Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & à seductoribus tutavit illum. **V.** Et dedit illi claritatem aeternam. **V.** Descenditque cum illo in foveam: & in vinculis non dereliquit eum. Et dedit.

AT Venantius Praesidi sistitur, & ab eo iterum frustra tentatus ut Christi fidem desereret, in carcerem conjicitur, quo Attalus praeco mittitur, qui ei dicat, se quoque Christianum fuisse, & ei nomini propterea renuntiasse, quod cognovisset, inane esse fidei commentum, quo Christiani praesentibus se abdicant ob vanam futurorum spem. Verum nobilis Christi Athleta callidi hostis insidias non ignorans, diaboli ministrum à se penitus rejecit. Quare ad Praesidem iterum adducto omnes contusi sunt dentes, maxillaeque confractae; atque ita cecus in sterquilinum dejicitur. Sed inde ab Angelo quoque ereptus, rursus stetit ante judicem qui, Venantio adhuc loquente, è tribunali, cecidit, & in ea voce, Verus est Venantii Deus, nostros deos destruit, exclamans, exiit.

R. Desiderium animae ejus tribuisti ei Domine, & Et voluntate labiorum ejus non fraudasti eum. **V.** Quoniam praeveneris eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. Et voluntate.

Lectio vj.

Quod cum Praesidi nuntiatum esset, exemplo Venantium leonibus objici jussit, qui naturali feritate omissa, ad ejus se pedes abjecerunt; interim ille populum Christi fidem edocebat. Quare inde amotus, iterum in carcerem traditur. Cumque postridie Praesidi referret Porphyrium, se per visum noctu populos, quos Venantius aqua tingebat, clarissima luce fulgentes, ipsum vero Praesidem obscurissimam caligine operum vidisse; Praeses ira incensus, eum illico capite plecti imperat: deinde Venantium per lo-

Bb 4

ca

ca vépribus & cárduis cónsita trahi usque ad véperam, Is cùm semínimis relictus esset, mané se iterùm Præsidi presentávit, cuius jussu statim è rupe præcipitatur: sed inde etiám divinitus eréptus, dénuò per loca áspera ad mille passus trahitur, ubi militibus siti astuantibus, in próxima conválle ex lapide, in quo & génum formam reliquit, sicut etiám nunc in ejus Ecclesiá vidére licet, Crucis signo è Venántio facto, aque manarunt. Eo miraculo plures permóti in Christum crediderunt, quos omnes Præsés eò loci una cum Venántio cápite ferri jussit. Fulgura & terrémótus eo tómpore itá magni fuére, ut Præsés aufugeret, qui paucis tamen post diébus divínam haud valens effugere justitiam, turpissimam mortem oppéitit. Christiáni interim Venántii & aliorum córpora honorífico loco sepeliérunt, quæ Camerini in Ecclesiá Venántio dicata cónditá adhuc sunt.

R. Stola jucunditátis induit eum Dóminus: * Et coronám pulchritúdinis pósuit super caput ejus. **V.** Cibávit illum Dóminus pane vitæ & intellectús: & aquá sapientiæ salutáris potávit illum. Et coronám, glóriæ Patri. Et coronám.

Intertio Nocturno, Homilia Sancti Gregórii Papæ in Evangelium Si quis venit ad me, ut in Comuni unius Martyris, xxij.

Ad Laudes, Hymnus.

Dum nocte pulsá Iócheri Diem propinquam nuntiát, Nobis refert Venántium Lucis beatæ múnera. Nam criminum caliginem, Stygisque noctem depulsi; Veròque cives lumine Divinitatis imbuat. Aquis sacri Baptismatis Lustrávit ille pátriam Quos tinxit unda milites,

In astra misit mártures. Nunc Angelórum particeps Adésto votis supplicum: Procul repelle crimina, Tuomque lumen ingere, Sit laus Patri, sit Filio, Tibique sancte Spiritus: Da per preces Venántii Beáta nobis gáudia. Amen.

Vesperæ à Cap. de S. Petro Coelestino. Venántio, cum Commemorazione S. Venántii, & S. Pudencianæ Virginis.

DIE XIX. MAII.
In Festo Sancti Petri Coelestini Papæ & Confessoris.

Duplex.

Omnia de Comuni Confessoris Pontificis, xij. præter ea, quæ sequuntur.

Oratio.

Deus, qui beatum Petrum Coelestinum ad Summi Pontificatus apicem sublimasti, quique illum humilitati postponere docuisti: concede propitius; ut ejus exemplo cuncta mundi despiciere, & ad promissa hunc mundi præmia pervenire feliciter mereamur. Per Dóminus.

Deinde fit Commem. S. Venántii Martyris, Añá. Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. **V.** Justus, ut palma florebit. **R.** Sicut cedrus Libani multiplicabitur. **Oratio.** Deus, qui hunc diem, ut supra, 392.

Postea fit Commemor. S. Pudencianæ Virginis, Añá. Veni sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi Dóminus præparávit in ætérnum. **V.** Spécie tuá, & pulchritudine tuá. **R.** Intéde, prospere procéde, & regna.

Oratio.

Exaudi nos Deus salutáris nosster: ut sicut de beatæ Pudencianæ

tiánæ virginis tuæ festivitate gaudemus, ita pie devotiõnis erudiamur affectu. Per Dóminus.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

LECTIO IV.

Petrus, à nómine quo Pontifex est appellátus, Coelestinus dictus, honestis catholicicis quæ parentibus Bæsrniæ in Samnitibus natus, adolescentiam vix ingressus, ut ánimam à mundi illécebris custodiret, in solitudinem secessit. Ibi contemplationibus mentem nutriens, corpus in servititem redigens, ferream catenam ad nudam carnem adhibebat. Congregationem, quæ postea Coelestinorum dicta est, sub Régula Sancti Benedicti instituit. Hinc quasi lucerna supra candelabrum posita, cum abscondi nequirit (Romana Ecclesia diu viduata Pastore) in Petri Cathedram ignórans & absens adscitus, magná novitatis admiratione non minus quam repentino gaudio cunctos affectit. Cùm autem in Pontificatus sublimitate collocatus, vâriis distentus curis, assuetis incumbere meditationibus vix posse cognosceret, óneri páriter & honoris voluntariè cessit. Indéque prisam vitæ rationem répetens, obdormivit in Dómino: ejusque pretiosam mortem Crux præfulgens in ære ante cubiculi ostium reddidit amplius gloriosam. Miraculis multis tam vivens, quam post óbitum claruit; quibus ritè examinatis, Clemens Quintus, anno postquam decessit undécimo, Sanctorum número adscriptus.

R. Inveni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Nihil

proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocébit ei. Manus enim.

Ex libro Morálíum Sancti Gregórii Papæ.

Lib. 10. cap. 16. in cap. 12. Job.

LECTIO V.

Deridetur justi simplicitas. Hujus mundi sapientia est, cor machinationibus tegere, sensum verbis velare; quæ falsa sunt, vera ostendere; quæ vera sunt, falsa demonstrare. Hæc nimirum prudentia usu à juvenibus scitur, hæc à pieris pretio discitur: hanc qui sciunt, cæteros despiciendo superbiunt: hanc qui nesciunt, subjecti & timidi in aliis mirantur: quia ab eis hæc eadem duplicitatis iniquitas nómine palliata diligitur, dum mentis pervertitas urbanitas vocatur. Hæc siibi obsequantibus præcipit honorum cúlmina querere, adptea temporáris glóriæ vanitatis gaudere, irrogata ab aliis mala multiplicibus reddere; cùm vires suppetunt, nullis resistentibus cedere; cùm virtutis possibilitas deest, quiquid explere per malitiam non valent, hoc in pacifica bonitate simulare.

R. Pósui adiutorium super potentem, & exaltavi electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Inveni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum. Manus enim.

LECTIO VI.

AT contra, sapientia justorum est, sensum verbis aperire, vera ut sunt diligere, falsa devitare: bona gratis exhibere, mala libentius tolerare, quam facere; nullam injuriæ ultionem

nem querere, pro veritate contumeliam lucrum putare. Sed hac justorum simplicitas deridetur: quia ab huius mundi sapientibus, puritatis virtus fatuitas creditur. Omne enim quod innocenter agitur, ab eis proculdubio stultum putatur; & quidquid in opere veritatis approbat, carnali sapientiae fatuum sonat. Quid namque stultius videtur mundo, quam mentem verbis ostendere, nil callida machinatione simulare, nullas iniuriis contumelias reddere, pro maledicentibus orare, paupertatem querere, possessa relinquere, rapientem non resistere, percipienti alteram maxillam praeberere?

R. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terrae doctrina ejus replata est: * Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad caelestia regna. Ipse intercedat. Gloria Patri. Ipse intercedat.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaum.

Lectio vij.

Cap. 19. d

In illo tempore: Dixit Petrus ad Jesum: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedae Presbyteri.

Homilia in natali Sancti Benedicti.

Perfectus ille est, qui abiens vendit omnia quae habet, & dat pauperibus, ac veniens sequitur Christum: habebit enim thesaurum non deficientem in caelis. Unde bene interrogante Petro, dixit talibus Jesus: Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit Filius hominis in sede maiestatis suae, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel.

In hac quippe vita pro ejus nomine laborantes, in alia praemium sperare docuit: id est, in regeneratione, cum videbitur in vitam immortalam futurum resurgendo regenerati, qui in vitam caducam mortaliter erant generati.

R. Amavit eum Dominus, & ornavit eum: stolam gloriae induit eum, * Et ad portas paradisi coronavit eum. **V.** Induit eum Dominus loricae fidei, & ornavit eum. Et ad portas.

Lectio vij.

ET justa prorsus retributio, ut qui hic pro Christo humane gloriam celsitudinis neglexerunt, illic à Christo iudices glorificati singulariter eum eo assideant, qui à sequerendis ejus vestigiis nullam rationem poterant avelli. Nemo autem putet, duodecim tantum Apostolos, quia pro Juda praevaricante Mathias electus est, tunc esse iudicandos, sicut nec duodecim solae sunt tribus Israel iudicandae, alioquin tribus Levi, quae tertiadecima est, injudicata recedet.

S. Sint lumbi vestri praecincti, & lucernae ardentes in manibus vestris: * Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur à nuptiis. **V.** Vigilate ergo, quia nescitis quā hora Dominus vester venturus sit. Et vos similes. Gloria Patri. Et vos similes.

Pro S. Prudentiana Virgine.

Lectio ix.

Pudentiana virgo, Pudens Romani filia, parentibus orbatam, cum admirabili pietate Christianam religionem coleret, una cum sorore Praxede pecuniam ex-

ven-

vendito patrimonio redactam pauperibus distribuit, seque jejuniis & orationibus dedit. Cujus etiam opera tota ejus familia, in qua erant nonaginta sex homines, à Pio Pontifice baptizata est. Quod autem ab Antonino Imperatore sancitum erat, ne Christiani publice sacrificia facerent, Pius Pontifex in aedibus Pudentianae cum Christianis sacra celebrabat. Quibus illa benigne acceptis, quae ad vitam necessaria essent, suppeditabat. Itaque in his Christianae pietatis officii migravit è vita, & in sepulchro patris ad caeterium Priscillae via Salaria sepulta est, decimoquarto Kalendas Junii. Te Deum laudamus. 12.

Si hoc Festum contingat transferri, nona Lectio dicitur Et Paulus, qui tertiusdecimus est Apostolus, ut habetur quinta die infra Octavam Apostolorum Petri & Pauli. 461.

In Laudibus fit Commemoratio S. Pudentianae Virginis, Aña. Simile est regnum caelorum homini negotiatori quaerenti bonas margaritas: inventa una pretiosa, dedit omnia sua, & comparavit eam. **V.** Diffusa est gratia in labiis tuis. **R.** Propiterea benedixit te Deus in aeternum. Oratio. Exaudi nos Deus, ut supra. 395.

In secundis Vesperis ad Magnificat, Aña. Dum esset Summus Pontifex. lvj. & fit Commemoratio S. Bernardini.

DIE XX. MAIL.

In Festo Sancti Bernardini Senensis Confessoris.

Semiduplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, lv. praeter sequentia. Oratio.

Domine Jesu, qui beato Bernardino Confessori tuo eximum sancti nominis tui amorem tribuis-

ti: ejus, quaesumus, meritis & intercessione, Spiritum nobis tuae dilectionis benignus infunde. Qui vivis & regnas. In unitate ejusdem Spiritus sancti Deus.

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Bernardinus Albizésca, nobilis Senensis familia ortus, ab ineunte aetate non obscura sanctitatis dedit indicia: nam à piis parentibus honeste educatus, neglectis puerilibus ludis, inter prima grammaticae stadia, pietatis operibus animo intendit, jejuniis, orationi, & beatissimae Virginis cultui praecipue addictus. Misericordiam vero in pauperes fuit insigni: quia quidem omnia procedente tempore, quo melius posset excollere, eorum numero adscribi voluit, qui Senis in hospitali domo beatae Mariae de Scala, Deo inservium, unde complures sanctitatis celebres viri prodierunt. Ibi corporis afflictatione, & aegrotantium cura, dum atrox pestilentia grassaretur, incredibili charitate sese exercuit. Inter caeteras autem virtutes, castitatem, egregiam formam repugnante, sanctissime custodivit, adeo ut eo praesente nemo umquam, ne impudentissimus quidem, verbum minus honestum proferre auderet.

R. Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & a seductoribus tutavit illum: * Et dedit illi claritatem aeternam. **V.** Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et dedit.

Lectio v.

Gravi morbo tentatus, eoque ad quatuor menses patientissimè tolerato, demum incolumis de-

re-

religiöse vite instituto capessendo deliberare cepit; quò ut sibi viam muniret, adiculam in extrema urbe condaxit, in quam cum sese abdidisset, asperrimam omni ex parte vitam trahébat. Deum assidue orans, ut quid sibi sequendum esset, ostenderet: quare divinitus factum est, ut beati Francisci Ordinem præ cæteris optaret, in quo humilitate, patientia, aliisque religiosi hominis virtutibus excelluit. Id cum cœnobii Rector animadverteret, jamque antea Bernardini doctrinam, & sacrarum litterarum peritiam perspèctam habéret, prædicandi onus eidem imposuit; quo humillime suscepto, cum se minus idoneum agnosceret ob vocis exilitatem ac raucitatem, Dei ope implorata, non sine miraculo ejusmodi impedimento liberatus est.

Amavit eum Dominus, & ornavit eum: stolam gloriæ induit eum, * Et ad portas paradisi coronavit eum. *V.* Induit eum Dominus loricam fidei, & ornavit eum. Et ad.

Lectio vi.

Cumque ea tempora vitiiis criminibusque redundarent, & cruentis factionibus in Italia, divina humanaque omnia permixta essent; Bernardinus urbes atque oppida concursans, in nomine Jesu, quem semper in ore & in pectore gerébat, collapsam pietatem morisque, verbo, & exemplo, magna ex parte restituit; quo factum est, ut præclaræ civitates eum sibi Episcopum ad Summo Pontifice postularent; quod ille munus invicta humilitate constantissime rejecit. Denique vir Dei immensis laboribus exhaustus, multis magnisque editis miraculis, libris etiam pie doctèque conscriptis, cum vixisset annos sex ac sexaginta-

ta, in urbe Aquila in Vestinis beato sine quievit. Quem novis indies coruscantem signis, anno post obitum sexto, Nicolaus Quintus Pontifex Maximus in Sanctorum numerum retulit.

R. Iste homo perfecit omnia, quæ locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingrédere in requiem meam: * Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus. *V.* Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cælestia regna. Quia te vidi. Glória Patri. Quia te vidi.

In tertio Nocturno, Homilia Sancti Hieronymi Presbyteri in Evangelium. Ecce nos reliquimus omnia, de Communi Abbatum. lxxv.

DIE XXV. MAII.

In Festo Sancti Gregorii Septimi Papæ & Confessoris. Duplex. Omnia de Communi Confessoris Pontificis, xlvj. præter ea quæ hic habentur propria.

Oratio.

Deus in te sperantium fortitudo, qui beatum Gregorium Confessorem tuum atque Pontificem, pro tuenda Ecclesiæ libertate virtute constanti roborasti; da nobis ejus exemplo & intercessione, omnia adversantia fortiter superare. Per Dominum nostrum.

Deinde fit Commemoratio Sancti Urbani Papæ & Martyris, Antiphona. Iste sanctus pro lege Dei sui certavit usque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit: fundatorem enim erat supra firmam petram. *V.* Glória & honore coronasti eum Domine. *R.* Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Oratio.

DA, quæsumus omnipotens Deus: ut qui beati Urbani Martyris tui atque Pontificis solœmnia cõ-

sol-

mus, ejus apud te intercessionibus adjuvemur. Per Dominum, &c.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Gregorius Papa Septimus, antea Hildebrandus, Suane in Etruria natus, doctrinâ, sanctitate, omnique virtutum genere cum primis nobilis, mirifice universam Dei illustravit Ecclesiam. Cum parvulus ad Fabri ligna edolantis pedes, jam litterarum inscius, luderet, ex rejectis tamen segmentis illa Davidici elementa oraculi: Dominabitur à mari usque ad mare, casu formasse narratur, manum pueri ductante Numine, quo significaretur ejus fore amplissimam in mundo auctoritatem. Romam deinceps profectus, sub protectione Sancti Petri educatus est. Juvens Ecclesiæ libertatem à læcis oppressam, ac depravatos Ecclesiasticorum mores vehementius dolens, in Cluniacensi Monasterio, ubi sub Régula Sancti Benedicti austerioris vite observantia eo tempore maxime vigebat, Monachi habitum induens, tanto pietatis ardore divinæ Majestati deserviebat, ut à sanctis ejusdem Cœnobii patribus Prior sit electus. Sed divina providentiâ majora de eo disponente in salutem plurimorum Cluniaco eductus Hildebrandus, Abbas primum Monasterii Sancti Pauli extra muros urbis electus, ac postmodum Romane Ecclesiæ Cardinalis creatus, sub summis Pontificibus, Leone Nono, Victore secundo, Stephano Nono, Nicolao Secundo, & Alexandro Secundo præcipuis muneribus, & legationibus perfunctus est, sanctissimi, & purissimi consilii vir à be-

to Petro Damiâni nuncupatus. A Victore Papa Secundo Legatus à latere in Galliam missus, Lugduni Episcopum simoniacâ labe infectum ad sui criminis confessionem miraculo adegit. Berengarium in Concilio Turonensi ad iteratam hæresim abjuratorem compulsi. Cadaloi quoque schisma sua virtute compressit.

Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei. *V.* Nihil proficet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocébit ei. Manus enim.

Lectio v.

Oratio Alexandro Secundo, inultus, & merens unanimum omnium consensu, decimo Kalendas Maii anno Christi millesimo septuagesimo tertio, Summus Pontifex electus, sicut sol effulsit in Domo Dei; nam potens opere & sermone, Ecclesiasticæ disciplinæ reparandæ, Fidei propagandæ, libertati Ecclesiæ restituendæ, extirpandis erroribus & corruptelis tanto studio incubuit, ut ex Apostolorum ætate nullus Pontifex fuisse tradatur, qui majores pro Ecclesiæ Dei labores, molestiasque pertulerit, aut qui pro ejus libertate acrius pugnaverit. Aliquot Provincias à simoniaca labe expurgavit. Contra Henrici Imperatoris impios conatus fortis per omnia athleta, impavidus permansit, seque pro muro domui Israël ponere non timuit, ac eundem Henricum in profundum malorum prolapsum Fidei communiçione rogânoque privavit, atque subditos populos hinc ei datâ liberavit.

Posui adiutorium super potentem, & exaltavi electum de plebe mea: * Manus enim mea auxilia-

bi-